



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

25 Latriae cultus syndoni Evangelicae sanguinis Christi conspersae
debetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Chriſti ſtadio Hieroſolymis, demum in Cypro penes Reges ſervatus fuit hic inæſtimabilis theſaurus pretioſiſſimo ſanguine Chriſti conſperſus, ſed, ubi cœpit ira Dei excandefcere, & immanitati Turcarum regna illa exponenda permittit, ſacra- tiſſimæ ſyndonis Deus non oblitus, ne impiorum manibus aliquando pollueretur, ſub piſſimorum Sabaudia Ducum tutelam eam migrare voluiſſe videtur, ſub qua primò Camberij Allobrogum, Ducatus Sabaudia inſigni oppido, nunc autem 27 jam à pluribus annis in pedemontana Provincia, & Tauſinensi civitate eorundem Ducum regia piſſime aſſervatur Mag. Cyprianus Uberti *in op. de cru. lib. 3. fol. 186.* & Jacob. Crot. *de cruc. Chriſt. lib. 1. cap. 58. in princip.* ſi quis autem miraculorum, quæ Deus ſacram huiusmodi ſyndonem inviſentibus, & adorantibus aperire dignatus eſt, notiſſiam habere velit, videat Majol. *eodem cap. 4.* & Paleot. *d. cap. 2. poſt princ.* & quia tetigit corpus domini, quod fuit verbo divino conjunctum, & illius ſanguine eſt conſperſa, ſan- 28 guis que non fuit à verbo divino ſeperatus, & diviſus; propterea eidem ſanguini cultus 25 ꝑ Latria debetur, S. Thom. 3. *par. quaſt. 25. artic. 4. ad. 2.* Azor. *in 1. par. inſtit. moral. lib. 9. cap. 5. verſic. 8. quaeritur,* & Paleot. *in ead. explicat. cap. 7. poſt. med.*

Quartò, ordinaria auctoritate tenen- 26 tur etiam Episcopi curare, ut dietum ꝑ feſtorum celebratio ad Dei cultum maximè pertinens, & quæ in lege divina præcipitur cum omni veneratione obſervetur, omnes enim dies Dominici, & alij item plures præcipuè in honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, Apoſtolorum, & aliorum

Sanctorum de præcepto ſunt ſervandi, ſicut alij item, qui juxta laudabilem locorum conſuetudinem ſolemniter celebrati conſueverunt. Huiusmodi autem diebus ab omni illicito, & ſervili opere eſt abſtinendum, mercatus, fora, profanæ negotiationes, & iudiciorum ſtrepitus debent ceſſare. Qui autem feſti dies non ſunt de præcepto Eccleſiæ, ſed de conſuetudine, ſecundum conſuetudinem loci ſunt ſervandi, *cap. quoniam, de ſer.*

Judiciorum autem ſtrepitus ꝑ omnibus ferijs in honorem Dei indictis quieteſcere debent, quibus non poteſt renunciari, nec proceſſus, minusque ſententia valebit, niſi neceſſitas urgeat, vel pietas ſua deat, *cap. final. & ibi Abb. numer. 1, 2, 3, & 9, de ſer.* favore tamen hominum introductis, ut meſſium, vel vindemiarum, de partium conſenſu renunciare poteſt, *ut d. cap. final. in ſin. eod. tit.*

Quò autem dies feſtivi, in honorem Dei ſunt feriati, probatur *in cap. 1, de conſecrat. diſt. 3, & d. c. ſin. de ſer.*

Juramenta enim dictis diebus admitti non debent, neque ſententiæ ad pœnam ſanguinis terri, neque ſacramenta præſtari, niſi pro pace, vel alia neceſſitate, *c. 1. eod. tit.*

ꝑ At dies feſtos operibus ſervilibus, ſeu vetitis violantes mulctare, & pœnis afficere eſt miſi fori, ita ut inter iudicem Eccleſiaſticam, & ſecularem ſit locus præventioni. Pius V. *in Bull. conſtit. 5. ſ. cum verò, ver. in alijs autem.* In Regno tamen Neapolitano, ex antiqua juris diſpoſitione, & capitulorum ejuſdem regni, & immemorabilis conſuetudinis, ad forum Eccleſiaſticum tantummodo ſpectat, & in eodem regno dicta conſtitutio, hoc caſu in foro ſeculari non attenditur. Prout